



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

31. Ad Apostolatus &c. Declaratio Nullitatis cujusdam Concordiæ in Sedis  
Apostolicæ, & S. R. E. præjudicium initæ super hybernis stationibus, quas  
Milites Germani in Ducatu Parmæ, & Placentiæ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO  
1706.

CLEMENS UNDECIMUS.

51

ANNO  
1707.

Fides haben-  
da Tranum-  
ptis.

Die 17. Maii  
anno 1707.

Publicatio.

in Monte Citorio, & in Acie Campi Flora de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, siveque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde arctare, & afficere; ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impensis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Maii MDCCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo septingentesimo septimo die prima mensis Augusti Indictione 15. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clemens Divina Providentia Papa XI. anno septimo, supradictæ Literæ Apostolice affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesia Lateranensis, & Basilica Principis Apostolorum, necnon Cancelleria Apostolica, Curia Generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Flora, aliisque locis solitis, & consuetis Urbis per me Benedictum Baldi Apostolicum Cursorem.

Sebastianus Vassellius Mag. Curt.

XXX.

INDULGENTIA PLENARIA

Perpetua pro visitantibus Ecclesiæ tam Fratrum, quam Monialium tertii Ordinis S. Francisci in festis diebus S. Ludovici Regis, & S. Elisabethæ Reginæ Hungariae.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuum rei memoriam.

In juncta Nobis divinitus Apostolica servitutis ratio postulat, ut Coelestium munera Thesaurorum dispensatione nostra à Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad autendum in Terris Sanctorum in Cœlis cum Christo regnantium veneracionem, excitandamque, & fovendam erga illos fidelium devotionem, & ad Animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque Dilecti Filii Bonaventura Guglieri Ministri Generalis Terti Ordinis S. Francisci nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè paenitent, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiæ tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis haec tenus erexit, & in posterum quandcumque erigendis, ac ubique locorum existentibus in Sancti Ludovici Regis, ac Sanctæ Elisabethæ Reginæ Hungariae festis diebus, à primis vesperis usque ad occasum Solis Eftorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenarium omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; Præsentibus perpetuis futuris temporibus valutur. Volumus autem, ut earumdem præsentiorum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impensis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, seu Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis obsignatis, ubiquie

eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Maii MDCCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

F. Oliverius.

DECLARATIO

XXXI.

Nullatis cuiusdam Concordie in Sedi Apostolice, & S. R. E. præjudicium inita super hybernis stationibus, quas Milites Germani in Ducatu Parmæ, & Placentia locarunt: firmis remanentibus Ecclesiasticis censuris eidem Sedi reservatis, per eos quovis modo incursis, qui tam eâ occasione loca Ducatus prædicti invaserunt, & perturbarunt, quā nuperrimē onera, & gravamina bonis personatum Ecclesiasticarum ejusdem Ducatus intulerunt.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

A D Apostolatus nostri noticiam non sine gravi animi nostri molestia ante aliquot menses pervenit, quod cùm prius, videlicet mense Novembri proximè præterito, nonnullæ Germanorū militum legiones in plura loca Ducatus Parmæ, & Placentia ex inopinato irrupperint, dictorumque locorum incolis plurima, & sanè gravissima damna intulissent, ac insuper legionum hujusmodi Duces, seu Moderatores hybernæ ibidem stationes de facto, ac violenter se figere velle declarassent: nec ad mala ista avertenda quidquam prouisissent plurestan à Dilecto Filio Nobile Viro Francisco Farnecio Parmæ, & Placentia Duce, quā à Dilectis Filii Communitatibus, & Hominibus Civitatum Parmen., & Placentin. adductæ rationes, eo potissimum fundamento innixa, quod Ducatus ipse, & ejus loca prædicta Nobis, & huic Sanctæ Sedi, etiam in temporalibus, mediata subiecta essent, idoque ab ejusmodi oneribus, ac gravaminibz libera prorsus, & immunita esse deberent; tandem mense Decembri subsequenti Communitatibus, & Hominibus præfatis aſſentientibus, qui tamen vi, & necessitate coacti, nec alio, quām imminentia graviora mala propulsandi consilio, hæc peragere protestati fuerunt, ipsoque Franciso Duce ob eadem rationes annuente, inita fuit super præmissis quedam cordia in decem capitula, seu articulos distincta, cuius tenor est, qui sequitur, videlicet:

Articoli concordati tra S. E. il Sig. Marchese di Priè, come Plenipotentiario di Sua Maestà Cesarea in Italia, in virtù dell' Imperiale Diploma dell' 4. Maggio scaduto, e l' Illustrissimo Sig. Governatore Francesco Mapelli Deputato da S. A. Serenissima il Signor Duca di Parma coll' intervento dell' Illustrissimi Signori Conte Gio. Francesco Marazzani Visconti, e Marchese Annibale Scotti, due Cavaliere i di questo Publico di Piacenza, dal quale coll' approvazione, e consenso dell' A. S. Serenissima, come da suo benignissimo foglio in data del 20. Novembre prossimo passato, sopra il regolamento del presente Quartiere d' Inverno, che si è preso di fatto ne' Stati di Parma, e Piacenza, mediante l' ingresso delle Truppe Celaree, e Collegate, non ostanti li vari ricorsi, e le rimorstanze più efficaci fatte dal predetto Sig. Duca, e col mezzo de suoi Ministri, come pure da queste Communità di Parma, e Piacenza, s' è venuto all' accordo infraferito, affinché si stabilisca il buon ordine, e si scansino li maggiori danni, e pregiudizi.

Exponit irruptiones militum Nationis Germanicae in loca Ducatus Parmæ, & Placentia, ac declarationem inibi figendi stationes hybernæ.

Quamvis Ducatus prædictus mediata subicit Sedi Apostoli, & ob id à Duce, & hominibus dd. Civitatum fuerit reclamatum.

Tenor Concordie hac de re inita per Marchionem de Priè cum Hominibus dictarum Civitatum.

Proceditum ejusdem Concordie cum protestatione recursum a Duce, dicitur his hominibus habitiorum.

ANNO  
1707.

Determinatio, ac distributione contributionum ex causa dictarum statuum facientium darum à Laicis.

I. Si è fissato dal suddetto Sig. Marchese di Priè per parte del Commissario Cesareo l'ammontare di essa quartiera alla somma di doppie novantamila di Spagna, ò loro valore, delle quali ne toccheranno doppie sessanta settemila settecento cinquanta alli partecipari secolari d'essi due Stati (esclusa la tenente della Ecclesiastici riservata nell'Articolo nono) da sborsarsi ne' termini, e modi infra espressi alla Cassa Cesarea per il mantenimento delle Truppe, che resteranno acquartierate in questi Stati, e de' Regimenti di Cavalleria, che si sono rimosse per maggior sollievo di essi, mediante la qual somma sarà bonificato tutto ciò, che verrà somministrato in natura dal Paese tanto per le porzioni da bocca, che di Cavalli, e dovranno pure non meno li Signori Generali, ed Officiali, che li Soldati comuni (esclusa le infraesritte porzioni) pagare puntualmente carne, vino, e tutti li commestibili, che saranno tassati a giusti prezzi, & seguendo qualche disordine contro il buon regolamento, che si pubblicherà, e stabilirà, ne' quartieri, farà riparato con ogni più accurata diligenza da Signori Commandanti de' Regimenti, che dovranno obbligare li transgressori ad una congrua indennizzazione, la quale ove non si ottenesse col loro mezzo, si riorrerà all'Eccellenissimo Signor Generale della Cavalleria Marchese Visconti Commandante in questo quartiero che farà dar loro la dovuta soddisfazione.

Bonificatio Panis submisstrati tam per Ecclesiasticos, quam per Secularis in computum dictorum contributionum.

Definatio terminorum solutionis contributio- num explen- da à Laicis.

Erectio Montis, ac affigatio fundi pro faciliori exactio- ne sub certis legibus.

Il pontuale pagamento de' frutti, come sopra, di trimestre in trimestre a termini maturati, & alla restituzione del Capitale in due termini, cioè doppie 18000. in Ottobre dell'anno 1708., e l'altre 18000. o più nello stesso mese del 1709. Perche poi detti Signori hanno dubitato (attecce le circostanze de' presenti tempi) di non poter ritrovare tutta la somma per riempire il Monte, però si è benignamente accollato S. E. il Sig. Marchese se Priè (nel caso suddetto) di prendere sopra di sé il carico di trovare una, o più Persone, che suppliscano sino alla somma di doppie vintimila nella compra d'esso Monte, la quale fra tanto dall'E. S. sarà compensata in detti termini. Si è però convenuto, che si pratichino senza ritardo da suddetti Signori tutte le possibili diligenze a Milano, Genova, o Bologna per rinvenire il più prontamente, che si potrà, tutta essa somma, ed ove ciò riecha, & a misura ch'entrerà il denaro, si farà sversare indilatamente alla Cassa Cesarea di guerra.

V. A fine d'accertare il punto più essenziale, che si è aijusto, cioè il modo di potere stabilire, e combinare col servizio Cesareo, e sostentanza delle Truppe, la conservazione del Paese, è perciò il sostentamento del Popolo, e del bestiame (attecce li frequenti passaggi di Truppe, la penuria de' grani, e de' foraggi, che si prova nel corrente anno per la siccità della scorsa estate, e le straordinarie inondazioni ultimamente accadute) si è convenuto, che l'obbligazione per parte del Paese di provvedere il pane sia puramente ristretta alli tre Regimenti imperiali di Cavalleria, e Dragoni, e sarà buonificato per oncie trenta di peso, che importa per cadauna porzione, e oncie dieci otto carne al giorno; che farà somministrata dal Paese, doppia una di Spagna al mese, comprese lire dodici di questa moneta di Piacenza, che saranno pagate per il vino, che si venderà a Soldati nel Paese stesso a giusti prezzi; Quanto poi alle Truppe di Prussia sarà totalmente a carico del Commissariato Cesareo il provederle, e l'introdurre grani per la sostentanza loro, e saranno puramente somministrate le vetture dal Paese entro il Territorio; Si farà però l'anticipazione per un mese di tre mila porzioni di pane ogni giorno, il quale sarà puntualmente restituito in tanto grano della medesima specie; Dovrà pur anche somministrarsi il foraggio con Carri del Paese, e distribuirsi, con tutto il miglior ordine, e la più esatta misura che sarà possibile, cioè a ragione di quindici libre di fieno per ogni porzione da Cavallo, e si provvederà per quattro mila in circa, secondo la ripartizione, specificazione, che sarà data da' Commissari di guerra di Sua Maestà Cesarea, purché si lasci la necessaria sostentanza per il bestiame, senza la quale non havrebbe potuto questo Paese assunere, ne supplire alle suddette obbligazioni; Si restringerà però esso bestiame al numero puramente indispensabile alla coltura de' Terreni, & alla metà delle Vaccherie, e si definiranno pur anche Commissari da ambe le Parti per fare la ricognizione, e confezione de' foraggi, e procurare, che tutto ciò sia posto puntualmente in esecuzione.

VI. Si è fissato il prezzo del foraggio, regolato alle suddette libre 15. al giorno, e due terzi di doppie di Spagna ogni mese, e l'altro terzo per l'avena di libre 8. per porzione, che si somministrerà dal Paese fino al fine di Gennaro prossimo (passato il qual tempo sarà tenuto il Commissario Cesareo a provederle) con facoltà al Paese medesimo di poter somministrare in difetto dell'avena suddetta altri grani confacevoli alla sostentanza della Cavalleria Imperiale, secondo una giusta porzione, che dovrà stabilirsi col suddetto Signor Marchese Generale Visconti, e dove venissero det-

Præscribitur  
modus sub-  
ministrandi  
victualia.

Taxatio pre-  
cii commu-  
tuum pro fer-  
vitio equo-  
rum.

ANNO  
1707.

C L E M E N S   U N D E C I M U S.

53

ANNO  
1707.

te porzioni da Cavallo ad essere calcolate a maggiore prezzo nello Stato di Milano, si seguirà la stessa regola.

Onus Subditorum prefandi habitationem, aliaque commoditates pro indigentis militum.

VII. Mediante le accennate prestazioni; & obbligazioni, non dovranno li sudetti Stati essere affretti, ne soggetti ad alcun' altro peso, tolto il coperto con l' uso del fuoco, lume, e letto, o pure pagliarizzo, secondo il commodo de' Paefani per li Soldati in casa de' Particolari; & esigendosi di più, si farà sodisfare da loro Officiali. Parimente non saranno affretti li Stati sudetti, che a dare il puro coperto, e la legna (in quella quantità, che sarà limitata dal Signor Generale Visconti) per li Signori Generali, & Officiali, li quali pure non potranno obligare il Paese a somministrare il foraggio per li loro Cavalli, il quale potesse eccedere le porzioni, che sono loro assegnate &c.

VIII. Sarà compensato nella detta somma l' ammontare del foraggio per tutti li Reggimenti Cefarei, e Prussiani dal tempo, che sono entrati in questo Paese, e sono stati di passaggio dal principio dello scorso mese di Novembre, e perche non si può fare presentemente un esatto calcolo di tutto ciò, che di foraggio, & avena hanno ricevuto, si dichiara, che per temperamento d' equità si compenfarà ogni porzione a quattro quinti di doppia, si farà pure rimborsare d' a Reggimenti il pane, carne, e vino che si giustificherà essere stato dal sudetto tempo somministrato, o ricavato dal Paese. Lo stesso si praticerà esattamente nell' avvenire per tutte le Truppe, che occorressero di far passare per questi Stati, eccezzuato il foraggio in erba, che si somministrerà senza alcun pagamento del Paese, spirato il termine de' quartieri.

IX. Per egualgiare il peso del presente quartiere, e sollevare questi Stati dovranno concorrere li Particolari tutti indistintamente, ancorche privilegiatissimi, mentre l' A. S. Serenissima istessa effettivamente concorre per la quota de' suoi beni, e come li Ecclesiastici, siano Secolari o Regolari, possedono buona parte de' terreni in ambi detti Stati, & hanno già concorso altre volte a quartieri, come pure concorrono anche attualmente per la quarta parte de' Secolari, al mantenimento de' Presidi di Parma, e Piacenza, così si riserva il Commissario Cesareo la facoltà nelle dovute, e legitime forme, di ricavare da essi la loro rata sino a doppie ventunmille, e ducento cinquanta, mediante il che restano pure esenti li beni de' sudetti Ecclesiastici dalli danni maggiori, che haverebbero potuto patire indistintamente, quando non si fossero divertiti con li sudetti temperamenti, nel che tutto però si protesta per parte de' Secolari di non voler haver alcuna parte, ne ingerenza.

X. Il Sig. Marchese Generale Visconti Comandante di quei le Truppe farà osservare ogni più esatta, assegnata in li suoi stati quattro alla mente, e conformità di questo stabilimento, ed invigilieranno pure li Signori Commissari di Sua Altezza Serenissima, e di questi Stati, accio si adempisca a tutto ciò per parte di essi, & affinché si faccia la più giusta, e proporzionata disposizione e distribuzione de' quartieri.

In fede di che si è sotto scritta la presente, e numerata de' respectivi Sigilli. Piacenza nel Convento di S. Savino li 14. Decembre 1706.

Il Marchese di Prie. Francesco Malpeli Governatore, e Delegato. Gio. Francesco Mazzani Visconti. Annibale Scotti.

Nullitas ejusdem concordie tamquam laxiva supremo Sedis Apostolico dominio in d. Ducatu.

Dat. supradicta concordie.

Memoriam propriam obligationem huius malis occurrenti, & diligenter ab Episcopis adhibendas.

S. 1. Porro licet exploratori juris esset concordiam prædictam, quam non quidem approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo præsentibus inferendam duximus, utpote nostrorum, & dictar. Sedis iuriu, necnon directi, ac supremi dominii Nobis, & Sancta Romana Ecclesia in Ducatu supradicto competentis manifeste laxivam nullius prorsus esse robotis, & momenti; ac insuper notum esset fel. rec. Urbananum

PP. VIII. Prædecessorem nostrum Apostolicæ Sedis, & Romanæ Ecclesiæ præfatarum jura à quibuscumque præjudicibus hujusmodi per quasdam suas die v. Junii MDCXLI. expeditas literas amplissimè præservasse, adèque nullà prorsus opus esset ulteriori declaratione, ad hoc ut eadem Concordia, tanquam irrita, inanis, ac invalida ab omnibus haberi deberet; nihilominus, cum ad Nos delata res esset occasione petiti à Nobis be-neplaciti super iis, quæ in nono capitulo, seu articulo ejusdem Concordia quoad portionem, seu ratam pecuniariam à Personis Ecclesiasticis tam Secularibus, quam Regularibus Ducatus prædicti persolvendam, sicut præmittitur, conveniauerant, Nos beneplacitum hujusmodi denegando, Concordiam præfata non modo à Nobis approbari non posse, sed semper reprobari, ac damnari debere non obscurè declaravimus; quinid animo revolentes quam diras, omnique humanæ potestati terribiles censuras, & penas irrogant canonice functiones spiritu Dei conditæ, quæque deterima, ingeminata quotannis Ecclesiæ voces imprecantur iis, qui Ecclesiastica jura violent, aut bona diripiunt, vel illis damnata, & onera divinis, humanisque legibus vittata inferre non verentur, per quasdam nostras ad eundem Franciscum Duce die v. Januarii proximè præteriti manu nostrâ conscriptas literas eos omnes, qui loca prædicta, sicut premittitur, invadere, illaque, ac supremam jurisdictionem in eis Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ competentem perturbare, & vexare temere, & de facto præsumplerunt, censuras, & penas supradictas incurrisse, nec eis illas à Nobis quovis modo remissas, vel condonatas intelligi debere, disertè significavimus: sperantes, ubi hæc innotuerint, abunde sufficere posse, ut redirent Prævaricatores ad cor, absque eo quod Nos apertiùs ad severiora procedere cogeremur.

S. 2. Cum autem, sicut accepimus, non solum studia hæc nostra optato, quem sperabamus, fructu vacua remanserint, sed, quod maximè deplorandum est, Personis Ecclesiasticis tam Secularibus, quam Regularibus prædictis portionem, seu ratam pecuniariam in dicto nono capitulo, seu articulo, sicut præmittitur, conventam solvere merito recentantibus, ed quia necessarium ad id nostrum, & dicta Sedis beneplacitum non modò non concessum, sed expresse, ut preferatur, à Nobis denegatum fuerat, inauditò, ac detestabilis ausu plures militum turma in eundem Personarum Ecclesiasticarum domos, prædia, ac bona immixta fuerint, ibidem expensis Personarum hujusmodi permanfura, donec illa tandem affecta portionem, seu ratam prædictam reæliter, & cum effectu persolverint: hæc verò, qua nonnulli summo omnium rectè sentientium horro, ac macero audiri potuerunt, nullatenus tolerabilem libertatis, immunitatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticae violationem importent.

S. 3. Hinc est quod Nos, qui omnia paterna charitatis officia, quæ pro ejusmodi tollendis malis sedulò adhibere curavimus, vana haec tenus, & inania experti fuimus, quicque ex commissi Nobis divinitus Pastoralis muneric debito, quorūcumque eidem Romana, aliisque inferioribus Ecclesiis, necnon quibusvis Personis, & bonis Ecclesiasticis competentium iurium. Assertores in terris à Domino constituti sumus: tametsi non dubitemus Venerabiles Fratres Episcopos illarum partium, quorum zelum excitare non prætermisimus, strenue, ac fortiter hac in re munieris sui partes impleturos esse; & forsitan etiam jam implevisse, ac insuper certò credamus tam iniqua militum facinora, ac etiam iniquiora confilia longè ab æquissimâ Charissimi in Christo Filii

Reprobatio ejusdem concordie, utpote comprehensa sub dispositione Bullæ quotannis publicari solita in die Coenæ Domini.

Infiniatio ejusdem reprobationis facta Duci Parmæ.

Narratur immisso militum in Domos, & Bonas Ecclesiasticorum solvere detrectantium ratione contributionum.

ANNO  
1707.

Absolutio.  
nem reservat  
Pape.

Decreta ro-  
borantia  
cum clausul-  
sublata, &  
irritante.

Detergatio  
contrario-  
rum.

CLEMENS UNDECIMUS.

ANNO  
1707.

54

nostri Josephi Romanorum Regis in Imperatorem electi mente aliena esse, quinimò ipsum in eos, qui illa perpetrarunt, severè, ut omnis iustitia exigit, animadversum esse speremus: nihilominus, ne in tanta Ecclesiæ afflictione diutius silentes, ac Sacerdotibus Ministris Domini inter vestibulum, & altare plorantibus, & dicentibus: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium: otiosi, ac desides, incumbenti Nobis Apostolica servitutis officio deesse videanur, ac nimis longanimitate prodite Ecclesiastica libertatis, deseruante turpiter Dei causa Rei efficiamur, exurgentes in Domino, ac tam memorati Urbani Praedecessoris, quām rec. mem. Leonis PP. X. etiam Praedecessoris nostri, qui per quamdam suam octavo Kalen. Junii anno MDXV. editam constitutionem Personas omnes etiam specificā, & individuā mentione dignas, quæ Civitates, Tertias, & loca ad dictam Romanam Ecclesiam mediata, vel immediate pertinentia, præfertim vèrò Parmen., & Placentin. Civitates invassissent, excommunicavit, anathematizavit, ac maledictionis, & damnationis aeternæ mucrone percussit, vestigia sestantes; ac insuper Apostolicis literis, quas plurimi Romani Pontifices Praedecessores nostri die Cœna Domini legi, & promulgari fecerunt, & Nos similiter singulis annis legi, & promulgari fecimus, ac signanter canonibus decimo octavo, & vigesimo literarum hujusmodi, firmiter inherentes. Motu proprio, & ex certâ scientiâ, & matûrâ deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, præfertam concordiam, ejusque articulos, & capitula quæcumque cum omnibus, & singulis in eis, eorumque quolibet contentis, ac inde secutis, & quandocumque secturis, ipso jure nulla, irrita, invalida, iusta, damnata, reprobata, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuè foret, neminemque ad illorum, seu cuiuslibet eorum, etiam si juramento vallata sint, observantiam teneri, imò nec ea à quoquam observari posse, vel debuisse, nec ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum etiam coloratum, vel possidendi, aut præscribendi causam acquitam, vel acquitum fuisse, vel esse, aut quandocumque acquiri, vel competere posse, neque illa illum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanasset, vel facta non fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere tenore præsentium decularum. Et nihilominus ad abundantioriem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula mota, scientiâ, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus damnamus, reprobamus, cassamus, irritamus, & annulamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuum.

§. 4. Firmas præterea, ac salvas esse volumus, atque decernimus quascumque censuras, & pœnas Ecclesiasticas, quas ii omnes, qui præmissa perpetrarunt, ab Episcopis supradictis iuxta ea, quæ ipsis mandavimus, palam, & publicè de more denunciandi, vel forsan iam denunciati, tam scilicet, qui terras, & loca Ducatus supradicti, ut præfertur, invadere, perturbare, & prænarratis modis vexare, quam qui prædicta onera, & gravamina Personis, ac bonis Ecclesiasticis Ducatus hujusmodi inferre, & impone, per se, vel alios, directè, vel indirecè præsumpti, necnon Adhærentes, Fautores, & Defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes, quocumque tandem gradu, seu dignitate præfulgeant, propter eadem præmissa quovis modo incurserunt; à quibus post debitam damnorum illatorum

refectionem, ac alias condignam Ecclesiæ præstam satisfactionem, nonnisi à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautio-ne præstâ, atque cum reincidentiâ eo ipso, quo convaluerint) absolvî, & liberari valeant.

§. 5. Decerentes etiam easdem præsentes literas, & in eis contenta quacumque etiam ex eo, quod præfat, & aliū quicunque in præmissis interessē habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specificā, & individuā mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque caufæ, propter quas eisdem præsentes emanarint, sufficienter adducatæ, verificatæ, aut ullo modo justificata fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris claufo, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obrepotionis, aut nullitatis, vel invaliditatis virtio, seu intentionis nostra, aut interesse habentium, vel habere prætentientium consensus, aliove quicunque, etiam quantumlibet magno, ac incogitato, inexcogitabilique defectu, aut ex alio quovis capite à jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ullatenus posse, sed ipsas præsentes literas semper, & perpetuè firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoq[ue] plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae præfatæ Nuncios, aliove quilibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstante, præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regulâ de jure quæfio non tollendo; legibus quoque, etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque Personis, etiam quantumvis sublinibus, & specialissimâ mentione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarii derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alibi quomodolibet in contrarium præmissorum conciliis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derrogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil peni-

Declarat  
inhabere  
Constitutio-  
nibus Ante-  
cessorum &  
Bullis dici  
Cœna Do-  
mini.

Declarat  
nullitatem  
supravolate  
concordie  
cum omni-  
bus inde se-  
cutis.

Tollit vim  
juramento,  
& quodcumque  
jus, &  
actionem ex  
eo descen-  
dente.

Reprobat  
eamdem  
concordiam.

Decreta fir-  
mitatis cen-  
surarum con-  
tra Perturba-  
tores, & in-  
valores pra-  
dicti status,  
necnon im-  
ponentes  
onera Eccle-  
siasticis Per-  
sonis, ac bo-  
nis.

penitus omisso, & formā in illis traditā observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenē, & sufficienter expressis, & insertis habentes illas alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides haben-  
da transtump-  
tis.

Dat. die 27.  
Julii ann.  
1707.

Publicatione.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium literarum transumptis, vel exemplis, etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-  
tis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica  
constitutæ munitis, eadem procul fides ubique  
locorum, & gentium in Judicio, & extra illud  
habeatur, qua habetur ipsius præsentibus, si fo-  
rent exhibite, vel ostendæ. Datum Romæ apud  
Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris  
die 27. Julii MDCCVII. Pontificatus Nostræ An-  
no Septimo.

F. Oliverius,

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi millesimo se-  
tingenteſimo septimo, die prima mensis Auguſti  
Indiſtione 15. Pontificatus SS. in Chriſto Paris,  
& D. N. D. Clementis Divina Providentia Pa-  
pa XI. anno septimo ſupradictæ litera Apoſtolica  
affixa, & publicata fuerunt ad valvas Eccleſie  
Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum,  
neconon Cancellarie Apoſtolice, Curieque Genera-  
lis in Monte Citatorio, ac in Aci Campi Flora  
aliisque locis ſolitïs, & conuictis Urbiſ, per me  
Benedictum Baldi Apoſt. Curs.

Sebastianus Vaſellius Mag. Curs.

XXXII.

### C O M M U N I C A T I O

Et Extensio omnium privilegiorum, & facultatum, quæ Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium ministrantium Infirmis competunt, ad Congregationem Fratrum Bethlemitarum.

### C L E M E N S P A P A X I.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium.

In juncti Nobis cælitus Pastoralis Officii ratio po-  
ſtulat, ut paternam Sacram Religionum, &  
Congregationum Christianæ charitatis, & Hospi-  
talitatis operibus ex professo laudabiliter incum-  
bentium curam gerentes pium illarum exercitum,  
& Institutum, quo labores expeditius fulcipien-  
do, illud alacrius continent, & ferventius ex-  
equantur, liberalibus gratiatum, & privilegiorum  
muneribus confoveamus, prout in Domino confi-  
piciimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut Dilectus Filius Mi-  
chael de Jefu, & Maria Congregationis Fratrum  
Bethlemitarum nuncupat, in Hospitalibus Pau-  
perum Convalescentium in Indiis Occidentalibus se  
excentium in Romana Curi Procurator Nobis  
nuper exponi fecit, dieta Congregatio alias à fel-  
rec. Innocentio PP. XI. Prædeceſſore nostro per  
quasdam suas desuper in ſimili forma Brevis die  
26. Martii 1687. expeditas literas in Religio-  
nem erecta fuerit; Fratres verò diæta Congre-  
gationis tria essentialia vota in illa ad instar cæ-  
terorum Ordinum, & Institutorum à Sede Apoſtol-  
ica confirmatorum de præſenti emittant, aliaque  
multiplicia, atque insignia pietatis, & Christianæ  
charitatis opera erga Pauperes, & Convalescen-  
tes in eorum Hospitalibus degentes non ſi-  
ne spirituali animarum beneficio exercent, &  
in dies exercere non definant. Ut autem illa  
emper impensis, & indeſſi obeant, & conti-

nuen, ipſe Michael plurimum cupiat gratias, &  
privilegia Ordinum Mendicantium, & Congregati-  
onis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis,  
quæ alias rec. me. Urbanus PP. VIII. Præ-  
deceſſor partite: noſter Ordini, tunc Congrega-  
tioni nuncupat. Fratrum Sancti Joannis Dei com-  
municavit, & conceſſit: Nosque ſubinde nempe  
die xxv. Junii MDCCI. per quasdam noſtras in  
ſimili itidem formâ Brevis desuper expeditas literas  
ad Congregationem charitatis ſub titulo S. Hippo-  
polyti Martyris in Indiis ſub certis modo, &  
formâ tunc expressis extendimus, prædictæ Con-  
gregationi Fratrum Bethlemitarum, illiusque Fra-  
tribus, & locis à Nobis pariter communicari &  
concedi.

§. 2. Nos eamdem Congregationem Fratrum  
Bethlemitarum, & pia illius Inſtituta confovere, &  
promovere, ac proinde d. Michaelem, & dilectos  
Filioſ Fratres Congregationis hujusmodi ſpecialibus  
favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum  
ſingulares Personas à quibusvis excommunicatio-  
nis, suspensionis & interdicti, aliiſque Ecclesiasticis  
ſententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab homine  
quavis occaſione, vel cauſa latiſ, ſi quibus quo-  
modolibet innoqdatæ exiſtunt, ad effectum pre-  
ſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie ab-  
ſolventes, & abſolutas fore cenſentes supplica-  
tionibus ejusdem Michaelis nomine Nobis ſuper  
hac humiliter porrectis inclinati, de Venerabili  
Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium  
negotii, & Consultationibus Epifcoporum, &  
Regularium præpofitorum conſilio, & attentâ re-  
latione Dilecti Filii noſtri Thomæ Mariae Ferrarii  
tituli S. Clementis ejusdem S. R. E. Presbyteri Car-  
dinalis S. Clementis nuncupati ſuper præmissis  
diæta Cardinalibus facta, omnia, & ſingula pri-  
vilegia, prærogativas, confeſſiones, favoris, fa-  
cultates, declarations, conservatorias, immuni-  
tates, exemptions, libertates, ceteraque gratias,  
præminentias, & induita, cujuſvis generis exi-  
tentia, spiritualia, & temporalia, qualia cum  
que illa ſint, dummodo tamen ſint in uſu, & non  
ſint revocata: vel aliquibus revocationibus com-  
prehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilii Tri-  
dentini Decretis, aut Apoſtolicas Conſtitutionibus,  
& Ordinationibus, vel memoratis Regularibus  
diæta Congregationis Bethlemitarum Inſtitutis  
non adverterent, prædicti Ordinibus Mendicanti-  
um, & Congregationi Clericorum Regularium  
Ministrantium Infirmis, eorumque Conventibus,  
domibus, & aliis locis Regularibus, ac Ordinum,  
& Congregationis hujusmodi Generalibus, Praſi-  
dentibus & quibusvis aliis Superioribus, Prelatis,  
& Capitalis etiam Generalibus, Provincialibus,  
ſeu intermediis eorumque Diſſinitoribus, Pri-  
oribus, Novitiis, Fratribus, Conversis, Donatis,  
& quibusvis eorum Regularibus Personis tam in  
Urbe, quam etiam in quibuscumque Mundi pa-  
ribus exiſtentibus, & illorum intuitu, aut alias  
quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifi-  
ces Prædeceſſores noſtrs, ſeu per Nos, & Succeſ-  
ſores noſtrs, aut alias auctoritatē habentes con-  
fessa ſunt, & concedentur, ac quibus de jure, uſu,  
vel conſuetudine, prívilegio; ſeu confeſſione  
Apoſtolica in genere, vel in ſpecie, ac tam con-  
junctim quam diuīſum, aut alias quomodolibet  
utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac  
uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt  
in futurum, ad prædictam Congregationem Be-  
thlemitarum, & ſingula illius Hospitalia, do-  
mos, & alia loca Regularia, illorumque Superiori-  
es, Prelatos, & quascumque Regulares Perſo-  
nas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium per-  
petuò extendimus, illaque eis communicamus,  
& de novo concedimus, ac ſufragari volu-  
mus.

De conſilio  
Sac. Congre-  
gationis Epif-  
coporum, &  
Regularium.

Omnia In-  
duita confeſſa,  
& con-  
cede-  
nda Ordinibus  
Mendi-  
cantibus, &  
Congre-  
gationi Minis-  
trantium in-  
firmis.

Ampliſſime  
exten-  
dit, &  
communicat  
Congre-  
gationi Be-  
thle-  
mitarum,  
ejusq; domi-  
bus.

§. 3. De-

Congregatio  
Bethlemita-  
rum ercta  
fuit ab Inno-  
centio XI.